

Versiones

CUM EXPOSITIONE VI.

130. Verf. 24. T cum vidisset quendam injuriam pa- Syriac. Sientem. Syriacus: Cum conspicatus esset quendam ex filiis sua profapia vim patientem. Arabicus: Quendam eorum oppressum. Ethiop. Quendam opprimentem eum. D. Chrysof. Quendam injuste affligi, ut scribit Exod. 2. n. 11. Vidit quod vir quidam injuste, atque tyrannice persequeretur Hebraeorum; hic autem Aegyptius erat ex his, qui praerant operibus: Vindicavit illum. Syriacus causam ejus egit. Arabicus: Ulus est, cui damnum infereratur, Chrysof. Fecit vindictam pro eo. Ubi maxime notat cum D. Chrysof. homil. 5. de laudibus Pauli, celsitudo animi Moysis, qui cum esset habitus filius Regis; non contempsit fratres suos humiles, ac servos, ut pro eis causam agat, & ut advertit Philo lib. de vita Moysis; aliorum animos nobiles, ac generosos maxime sollicitat, & inclinat. 131. Percusso Aegypto. Syriacus: Ineremit Aegyptium illum, qui offenderat eum. Ethiopius: Sepevit eum in arena, ad quod eum impolit, tum amor populi, ut ait Procopius, tum etiam crudelitas tyrannica visa, ut ait Lippomanus; hoc ut dicitur in Exodo fecit Moyses multa cum circumspicione, quia ut notat ibi Abulensis nostra opera cum magna cautela sunt agenda, & ideo ex hac cautela eum abscondidit, & sepelivit in arena, seu fabulo. 132. Verf. 25. Existimant autem intelligere, quoniam Deus, &c. Arabicus: Existimans percipientes, aique agnitiones, quod Deus per manum ipsius concessurus esset libertatem. Ethiop. Daret Deus redemptionem. Existimabat Moyses jam esse publicum, ac notorium in populo, quod ipse esset designatus a Deo futurus liberator, ac Dux populi Israelitici, tum ex revelatione facta patri ejus Amram, ut tradit Josephus, quod filius ejus Moyses educatus erat populus de Aegypto, tum ex mirabili modo, quo servatus est, & adoptatus filius Regis, tum etiam ex mirabili elegantia, quae in vultu ejus apparuit, quae quidem, ut ait Philo de vultu Moysis, erat plusquam quid naturale. 133. At illi non intellexerunt. Arabicus: [Non percipiunt, quae hic adjunguntur a D. Stephano, propter ea, quae unus ex Hebraeis verf. 7. dixit Moysi; tum etiam, ut denotetur praevicatio Hebraeorum resistens divinis ordinationibus; tum etiam quia dicuntur fratres, & non intellexerunt; quia saepe fratres aliorum fratrum magnalia non possunt videre, nec intelligere. 134. Verf. 26. Sequenti vero die, post interfectum Aegyptium Apparuit illis litigantibus. Ethiop. Invenit duos decertantes, nempe ex Hebraeis, ut patet Exod. 2. n. 13. Reconciliabat eos in pace. Syriacus: Persuadebat eis, ut in gratiam redirent. Arabicus: Hortatus est eos ad concordiam, & pacem. Arias: Compulit eos in pacem; Optimi enim Principis est de suorum pace, ac quiete agere; nam pace cuncta florent, ac crescunt, discordia omnia marcescunt, ac pereunt. 135. Vni fratres estis, fraternitatem commemorat, ut ad amoris vinculum alliciat: Ut quid nocetis alterutrum. Syriacus: Cur alius alium offendit. Arias: Quid injuria afficiis alij alios. O praecleara reprehensionis forma! nam, ut ait D. Chrysof. homil. 5. de verbis Isaiae: Cum increpatio de se sit dura, & ingrata, brevis sit, deinde sic increpat, ut reprehensio sit aequalis ad omnes, nec magis pungat

unum, quam alterum, deinde cum multa modestia, ac benignitate sit, ut notat Procopius ad cap. 2. Exod. Procop. Cum occurrisset fratribus inter se contendentibus non spiravit cades, sed eorum animas amica castigatione mitigare instituit, quod quidem omen erat, ipsum futurum judicem populi Israelitici.

Verf. 27. Qui autem injuriam faciebat, Syriacus: 136. Porro qui offendebat socium suum: Arabic. Impedivit autem eum is, qui injuria afficiebat alterum, & hic, ut valde facinorosus arroganter contra suum monitorem insurgit; semper enim benignitas inter pestimos periclitatur, ut ait Lippomanus, & tales crimina, quae faciunt, ac injurias, quas patrant, volunt esse impunitas, ut advertit Oleaster in Exod. & qui pro beneficio pacis, ac reconciliationis gratias debebat exolvere contra suum insurgit monitorem; Nunquam non perit, quod datur in grao.

Quis te constituit Principem, aut judicem super nos? Semper iniquus a se vult repellere judicem, & nullum alium superiorem vult habere super se, & ex hoc constat, ut advertit Lyranus, istum non intelligere Moysen esse a Deo constitutum judicem, ac liberatorem populi, & ideo D. Stephanus dixit supra verf. 25. pluraliter: Et illi non intellexerunt, & quamvis iste non cognosceret Moysen, ut Judicem, ac Principem populi, tamen maxime ab eo venerandus erat, ut pacis, ac amicitiae reconciliator, bene tamen notat Lippomanus: Impii neminem habere volunt Judicem, nec Magistrum.

Verf. 28. Nunquid interficere me tu vis? Syriac. 138. Num nos interficere quaris? Ait Christus Dominus Syriac. Matth. 20. n. 26. Nihil est operum, quod non reveleat, & occultum, quod non sciatur. Ad quae verba sic ait D. Paschal. lib. 6. in Matth. Operum, & occultum dixit, quia nihil est in carne, aut anima geritur, quod non reveletur, aut nesciatur; revelanda sunt autem illa quae quocumque perpetrata sunt, & commissa, sciuntur vero quocumque fuerint cogitata; nam statim per varios effectus foris procedunt, & manifestantur, quod in anima later.

Quemadmodum interficisti heri Aegyptium? Haec autem dixit iste malignus, & injuriosus non leni, ac submissa voce, sed alte clamavit tamquam voce praconis, pra ira, & odio contra suum monitorem; nam ut dicitur Exod. 2. n. 13. illa verba audita sunt a Pharaone, & consequenter odium Moysis in Aegyptios.

QUAESTIO XVI.

Quare Moyses occiderit Aegyptium, & an in hoc facto peccaverit?

M Iffis multis, de quo late Scripturarii ad cap. 2. 140. Exod. dicendum existimo, quod Moyses a licite occidit Aegyptium, ex divina inspiratione, peccato ex qua cognovit se esse constitutum a Deo ducem, ac defensorem, & liberatorem populi Israelitici, hoc aperte significat Divus Stephanus in praesenti verf. 5. Fecit ultionem percusso Aegypto; existimabat autem fratres intelligere, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem. Reputabat Moyses apud omnes esse manifestum, se esse jam a Deo designatum ducem populi, & ideo pro ratione officii sibi commissi, fecit ultionem in Aegypto pro defensione sui D. Aug. subditi, ac Hebraei, & pro hac re facit revelatio facta patri Moysis, & alia, quae dixi supra ad verf. 25. n. 13. Ita D. Aug. D. Tho. Rupert. Lyran. Hugo. Recentiores,

Estius, Ioannes de Lahai Estius, & hic Acta late Lorin.

141. Moyses educatus erat in regali aula, ut filius Regis Aegypti habitus, cum videns Aegyptium Hebraeorum percipientem in eum insurgit, ac interficit, cur non timet ipsos Aegyptios, iram Regis, perdere tantum dignitatis locum; Ferebatur Moyses amore sui populi, & veluti pondere naturae, quod nunquam occultari potest, quin in affectum prodeat, & prosperum habeat eventum, ut oprime dixit D. Nazianz. epist. ad Eudoxium: Que ad naturam ductum sunt, plerumque bene succedunt; qua vero praeter naturam praesumuntur, frustra remanent. Cumque naturae imperu Moyses operaretur, feliciter Aegyptium interfecit.

142. Percutit David Philisthaem; percutit Iudith Holofernem, tamen de tam magnificis, ac gloriosis triumphis, quilibet diversa spolia sibi afflomit, David post devictum, & prostratum Philisthaem Assumens caput Philisthai attulit illud in Ierusalem; arma vero ejus posuit in tabernaculo suo, 1. Reg. 17. num. 54. De percusso hoste caput ejus, & arma secum asportat; At Iudith jugulato Holoferne, non pugionem, quo iugulavit, sed caput ejus, & Conopeum secum afflomit, & veniens in Civitatem convocatis omnibus magnatibus, ipsa in loco alto ostendit illis dicens: Ecce caput Holofernis Principis militia Assyriorum; & ecce Conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, Iudith: 13. n. 19. Confer modo unum cum altero, ambo pro Dei populo pugnans, ambo adversariorum capita praecindunt, ambo pro monumento victoriae spolia deferunt, David non pretiosas inimici vestes, sed arma sibi elegit; at Iudith non arma, sed Conopeum uniuscuiusque naturae: David vir bellicosus ad arma currit, femina Iudith assueti domui, Conopeum, tamquam velum, quo se abscondat, sibi eligit, unusquisque volat ad ea, quae sunt sui proprii ingenii. Recte dixit Salvianus lib. 7. Vir in bello, mulier in domo; Vir cum lancea, mulier acu in manu; vir cum scuto, mulier cum circulo.

143. Semel, & iterum vidit Ioseph integro aspectu decem fratres suos, imo & duris verbis locutus est ad eos, at in ultima vice, cum ingressus fuisset cum eis Benjamin, in ipsumque oculos defixisset Ioseph, ait Textus: Commota fuerunt viscera ejus super fratre suo, Gen. 43. n. 30. Septuaginta: Convolvabantur intestina ejus super fratrem suum. Pagninus: Incaluerunt miserationes super fratrem suum. Et cur modo, & non antea, tam vehemens viscerum fit commotio, Notat Moyses; Vidit fratrem suum uterinum Benjamin, & cum esset frater suus uterinus, quodam veluti naturae impulsu ferebatur in eum, ut minime se contineri posset. Oleaster ait: Non potest enim natura negare quod suum erat, non est super alios fratres, sed solum super hunc commotus est.

144. A It Textus: Vidit, scilicet Moyses, duos Hebraeos rixantes, dixitque ei, qui faciebant injuriam, quare percussit proximum tuum? Ex hoc facto recte conjecturat D. Chrysof. magnum futurum Principem, cum eo, quod non posset sustinere alicuius injurias, absque eo quod ei succurreret, ac opem fer-

QUAESTIO XVII.

Quare Moyses videns duos rixantes se intromittit ad illorum pacem?

144. A It Textus: Vidit, scilicet Moyses, duos Hebraeos rixantes, dixitque ei, qui faciebant injuriam, quare percussit proximum tuum? Ex hoc facto recte conjecturat D. Chrysof. magnum futurum Principem, cum eo, quod non posset sustinere alicuius injurias, absque eo quod ei succurreret, ac opem fer-

ret. Cum Nathan proposuisset Davidi parabolam quod dives opprimeret pauperem, ut tolleret ovem ejus ad convivium hospitis, ait Textus: Irans autem indignatione David, dixit ad Nathan, Vivit Dominus, vir qui fecit hoc ovem reddet in quadruplum, 1. Reg. 12. 2. Reg. 12. n. 5. Valde mirum, non indignatur David indignatione magna contra suum persecutorem Saullem, contra suum filium rebellem Absalon, & contra maledicentem Semei, sed contra istum, qui opprimerat pauperem? Abulens. Indignatur ob magnam irae affectionem erga virum, qui talia fecerat. Ut Rex magnanimus patienter sustinet insurgentes in se, non vero contra pauperulum, absque eo quod ab oppressione eum liberet, ac ei subveniat.

Secundo ait: Cur percussit proximum tuum, non exaggerat culpam; non aggravat crimen, sed cum modestia loquitur, ut notat D. Chrysof. & ait: O justi longanimitatem, & excellentem modestiam! Reprehensio dura exasperat, mitis proficit, & sanat. Cum Acham per sortes divinitus esset criminis reus in praeda facta in Jericho, ait ad eum Iosue 7. n. 19. Fili mi, da gloria Deo, & confitere, aique vidi, a mibi, quid feceris. Ob cuius furtum multa confusio facta est in populo, & multi milites corruerunt in praelio, & tamen in auctorem tantorum malorum non dure insurgit Iosue, nec aliquo nomine aspero eum compellat, sed eum vocat, dicens, Fili mi ut suaviter, ac dulciter eum alliciat ad medicinam, ac salutem Carthosian, ait: Sanctus Iosue vir discretus ac mansuetus non turbulenter, sed pie, ac mite, primo alloquitur eum, ne ex dura allocutione perterritus, aut exacerbatus non acquiescat veram dare respon-

sionem. Tertio, recte sciebat Moyses se esse a Deo constitutum Principem ac Ducem populi Israelitici, cur sua potestate, ac jurisdictione non utitur imperans huic injurianti, ut a sua iniqua oppressione desistat, sed ait: Cur percussit proximum tuum. Ac ratione proximi objecta eum compescere vult, ut optimus, ac magnus Princeps optime callebat, quod res potius ratione, quam potentia, ac vi sunt disponenda: ait Ieremias 23. n. 5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David germen justum, & regnabit Rex; & sapiens erit. Ad litteram loquitur de Christo D. ut est communis sententia Sanctorum Patrum nostrorum. D. Cyrill. D. Hieron. Theodor. & aliorum, & ait: Regnabit, & sapiens erit, Consequens videbatur dicendum: Regnabit Rex, & potens, & magnificus erit, sed ait Sapiens, quia ut valde, & si premus Rex cuncta agebat, ac disponebat, non vi, ac potentia, sed ratione, ac sapientia: Eusebius Gallicanus homil. 6. de Paschate ait: Ponit filium Dei hostem humani generis in Caelo posuit, nun ipso Divinitatis illidere, sed ne quid tale Diabolus conqueri posset, placuit Deo secundum justitiam suam pro humano genere offerre filium; noluit agere secundum potentiam, sed secundum rationem justitiae.

Quarto videns facientem injuriam ait ei: Cur percussit proximum tuum? Qui respondit ei: Quis te constituit principem, aut judicem super nos. Fatue, ac insipienter loquitur, ubi enim charitas urget, nullus est necessarius Princeps, vel iudex: Ipsa charitas cuncta componit, ac redintegrat, ut spervacaenus sit iudex. Cum Sciphus Ioseph deesset, de illius furto accusabatur Benjamin, Ioseph personam iudicis agens severam protulit sententiam: Qui furatus est Scipum, ipse meus servus sit. Gen. 44. n. 17. quo auo dicit ceteri fratres in lachrymas prorupit, omnesque cum periculo se exponunt, & offerunt carceri, vinculis, ac servituti, & captivitati pro liberando Benjamin. Quid Ioseph? personam iudicis deponit & voce

Gen. 45.

magna clamat: Ego sum Ioseph frater vester, Gen. 45. n. 4. Usque modo tamquam ad alienos iudex severus, at ubi tanta charitas resplendet, non iudex, sed frater est, Pulchrè Theodoret qu. 105.

Vbi fraterna charitas nullus index necessarius. Theod.

QUÆSTIO XIII.

Quare modo Moyses de afflictione populi agit, & non antea?

148. Difficultas quaestio.

Exiit Moyses usque ad quadragesimum ætatis annum in aula Pharaonis, & per hos annos videns crudelem, & barbaram tyrannidem Pharaonis, & duritiem eorum, qui præerant operibus, tamen Moyses ad hæc semper obmutuit, nec ad minimum ullam actionem fecit; at verò modo egrediens visitans fratres suos pro vindicando uno ab iniuria fecit ultionem percussio Agyptio, unde illi tam novus, & repentinus zelus?

149. Paucissimi maxime sibi consulunt. D. Ambrosius.

Quandiu erat Moyses in aula, & si apud se tantam damnaret crudelitatem, tacebat tamen; at ubi corpore, & animo egressus ab illa est, statim miserabilium patrocinium suscepit, eorum causas agit, & illatas injurias ulciscitur. D. Ambrosius lib. 2. de Cain cap. 4. Interfecit Moyses Aegyptium, & fugax factus est de terra Aegypti, ut declinaret ejus terram tyrannum, sed non ante illum interfecisse Aegyptium, nisi prius in se abdicasset regium luxum honorum. Expende ultima verba, quandiu erat in regali aula, & sine, & si bene oppressiones agnosceret tacebat; at ubi corpore, & animo recessit ab ipso regali luxu egressus ad fratres miserabilium miseretur, omnia contemnens juxta Apostol. Hebræor. 11. omnem eorum tutelam assumens, ut eos liberaret.

150. Qui in Regis aula pauperum non miseretur.

Ad suum dilectum ait Anima sancta, Cantic. 8. num. 1. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meae, ut inveniam te foris, & deosculer te. Eum exoptat non inter suavissima, ac dulcissima matris ubera, sed foris, ac extra illa, ut ejus colloquiis fruatur, & sibi opem habeat, & illi in suis necessitatibus subveniat, tunc cum maxime ad miserandum inveniat. Ad hoc tendit D. Ambrosius lib. de institut. Virgin. Dum anima sancta exoptat Christi adventum, & ait: Vide illum intus, quod in sinu est Patris: cognosce illum foris, quando nos querit; ut redimat, foris tibi factus est, ut mihi intus esset: Idem ferè habet Philo referens ad passionem.

Philo.

Act. 7. n. 29. Fugit autem Moyses in verbo isto, & factus est advena in terra Madian, ubi generavit filios duos.

Num. 30. Et expletis annis quadraginta apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi.

Num. 31. Moyses autem videns, admiratus est visum, & accedente illo, ut confide-

raret facta ad eum est vox Domini, dicens.

Num. 32. Ego sum Deus Patrum tuorum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob. Tremefactus autem Moyses non audebat considerare.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE VII.

Verf. 29. Fugit autem Moyses in verbo isto. Arabic. Fugit ad hujusmodi sermonem. Ethiop. Propriet hunc sermonem timuit. Syriacus: Vatabl. Factus est inquilinus. Vatabl. Peregrè habitavit. Ex-plicat Textus: In terra Madian, à qua Mediani-tæ, & Urbs quædam fuit condita à Madian filio Abraham ex Catura, Gen. 35. n. 2. Moyses duxit uxorem filiam Iethro Sacerdotis, qui ut advertit Euseb. Eusebius lib. 9. de Præpar. Evangel. cap. ultimo ex Demetrio historico, erat ex progenie Abraham per Iethro, & Catura, Gen. 25. n. 3. ex ea habuit Moyses duos filios Gersan, & Eliezer, Exod. 18. n. 3. Iethro autem Sacerdos erat hoc tempore Idolorum, postea videns mirabilia, quæ fecit Deus in Agypto per Moysen factus est Sacerdos veri Dei Exod. 18. num. 12.

Verf. 30. Expletis annis quadraginta. Arabicus: Cum absolvisset annos quadraginta, ut notat Lyran. à fuga Moysis de Agypto, agebat tunc Moyses annos octoginta; hos autem quadraginta annos transiegit Moyses pascendo oves, meditando & contemplando Dei mirabilia. Perierius vult, quod hoc tempore composuerit librum Job, & librum Geneleos, ut Hebræos in Agypto oppressos consolaretur.

In deserto montis Sina. In Exod. 3. n. 1 dicitur in monte Horeb. Mons Sion, & Horeb in radice est idem mons, postea in summitate dividitur in duos colles, unus dicitur Horeb à voce Hebræica significante siccitatem, vel solitudinem; alter dicitur Sion reducta significatione à nomine Hebræico, quod idem valet, ac copia, seu multitudo ruborum, notant Adrichomius, & alii Horeb propriè esse partem, vel jugum eminentis montis Sion.

Apparuit Angelus. Syriac. Visus est ei Angelus. Exod. 3. dicitur Apparuit ei Dominus. Re vera Angelus erat, ut ait hic D. Stephanus agens, & loquens in persona Dei, non Patris, nec Spiritus sancti, sed Dei Filii; denotabatur ibi quomodo ipse descendit de Cœlis ad terram, ut nos liberaret à captivitate Dæmonis, ita D. Chryostom. in præsentia S. Iustini, contra Tryphon. Tertullian. lib. 2. contra Marc. D. Hilarius lib. 4. de Trinit. D. Ambrosius lib. 1. de fide. Angelus autem iste communiter existimatur, quod fuerit Sanctus Michael; sicut enim olim fuit custos Synagogæ, sic & nunc est Ecclesiæ Sanctæ Dei.

In igne flammæ rubi. Syriacus: In igne, qui ardebat in rubo. Arabicus: In flamma ignis Rhami. Syriac. D. Chryost. Flamme incendio. In rubo materia valde facilis, & apta ad comburendum, ad majorem evidentiam miraculi. In flamma ignis. Ignis non fuit tantum apparens, sed verus, & realis, aliàs deciperetur Moyses, & ex aère circumjacente exierat fuit ab Angelo, in cujus medio apparebat illud symbolum, seu imago Angeli, quæ plus super ipsum ignem resplendebat.

Verf. 31. Moyses autem videns admiratus est visum, Arabicus: Admiratus est spectaculum. Ethiop. Admiratus est horrorem ejus, quem ex visione concepit, nam, ut ipse dixit, Exod. 3. n. 3. Vadam, & videbo visionem

visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cum de se facilis sit combustibilis, de quo plura in quaestione.

Verf. 32. Ego sum Deus Patrum tuorum, Deus Abraham, Non dixit: Ego sum Deus Abraham, Isaac, Jacob. Sed in singulis peculiariter se nominat Deum, Deus Abraham, Deus Isaac, & ac si gloriaretur Deus de tantis, ac talibus servis, & peculiariter dicitur Deus eorum. Primo quia toto mundo ardente in idololatria Deum coluerunt; Secundo, quia ad hos tres promissa fuit terra Canaan, ad quam Deus per Moysen Hebræos ducebat. Tertio quia his tribus maxime se Deus beneficium ostenderat multa bona suis posteris promittens. Quarto, quia in his tribus maxime resplenderunt virtutes, in Abrahamo fides, & obedientia; in Isaac animi puritas cum contemplatione; in Jacob laborum tolerantia cum patientia, & constantia.

Tremefactus Moyses non audebat considerare. Syriacus: Non audebat intueri visum. Arabicus: Non ausus contemplari. Ethiop. Tremuit, & obstupuit, ob celsitudinem jussionis rem novam, & non visam, quod robis arderet, & non combureretur, & quod Angelus in medio ignis plus resplenderet super ipsam flammam, tandem ob reverentiam tantæ visionis tremefactus est.

158. Syriac. Arabic. Ethiop.

QUÆSTIO XIX.

Quare D. Stephanus tantum hic dilatur in rebus, ac laudibus Moysis?

159. Quinque interveniunt causæ, ob quas D. Stephanus tantum hic ampliat, & maxime in laudibus Moysis. Primo, quia Judæi opposuerunt contra Stephanum, Act. 6. n. 11. quod ipse dicebat verba blasphemiam in Moysen, & in Deum, id est, ejus legem, ostendit totum esse falsum; nam Moysen, maxime honorificas, ejus magnalia tam ampla, ac talia extollens refert. Secundo nil contra legem, quam multum veneratur, utpote datam per manum Angeli, hoc cap. num. 37. Tertio dixerant citato cap. 6. quod ipse Stephanus loquebatur contra locum Sanctum, scilicet Tabernaculum Dei, ac Templum, ostendit totum esse à veritate alienum, testificatur factum à Moysen juxta Dei ordinationem, & templum ædificatum à Salomone infra in hoc cap. à n. 44.

160. Quarto Moysis exemplo tanti benefactoris, toties tamen à populo contempti, repulsi, exasperati, & ad mortem, ac lapides experti, tacitè sugillat ingratitudine n. Judæorum in Christum, à quo, tot, & tantis beneficiis, & sanctissimis præceptis instructi, tamen eum post varias persecutiones, & contumelias, in Cruce inter Latrones crucifixerunt, propter quod D. Stephanus in fine hujus orationis eos vocat proditores, & homicidas, patrumque suorum imitatores.

161. Quinto ut illius tam magni Prophetæ præclarum, ac manifestum de Christo testi nonium, quod profert volebat, commendabilius, acceptabilisque redderet. Unde ita de Moysen sermone concludit: Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel, & P. oberam suscitabit vobis Deus, de fratribus vestris, antequam me visum videritis. Infra n. 37. nempe Christum D. omnium Prophetarum Principem, quem audietis dissolvens peccata, & datus verba salutis æternæ.

162. De Christo D. ait divina Sponsa: En ipse stat post na teret nostrum ostendens per fenestras, prospiciens per Cancellos. Cantic. 1. n. 9. Septuaginta legunt: Propiciens per retia. D. Ambrosius. Eminens

Cant. 2.

super retia. Etat homo in mundo maxime laqueis, ac retibus peccatorum colligatus, carnalium concupiscentiarum catenis irretitus, & non habebat unde à tot ligaturis se posset expedire, venit Jesus filius Dei factus homo Eminens super retia, ut in se purus, & liber ab omni labe, & face peccati, Eminens super retia, ut nostrorum peccatorum, ac prævaricationum tendicula, ac irritamenta, ut illa conculcasset, comminueret, ac dissiparet, suosque doceret talia vincula dirumpere, ut cum ipso valeant in vitam æternam evolare D. Ambrosius. serm. 6. D. Ambrosius in Psalm. 118. sic ait: Veni Jesus ad laqueos. Omnes rebus tenebamur, nullus alium super poterat, cum se ipsum non posset eruere. Tanti ergo necessarius fuit, qui vincula generationis humana non teneret; Is solus erat Jesus, qui cum hujus carnis se circumdasset vinculis, captus non erat, non erat alligatus, sed dirumpens illa, atque dissolvens ad se magis vocavit Ecclesiam prospiciens per laqueos, emittensque super retia, ut & ipse disceret vinculis non teneri.

Ab eadem similitudine, ac metaphora non discendumus: ait divinus Sponsus animæ sanctæ, Cant. 2. n. 10. Surge, propera amica mea, fornosa peccatorum mea, columba mea, & veni. Quæ verba sic legitur destruitur. D. Ambrosius. Surge, veni proxima mea, non timere retia, jam hiems præterit. Tubetur quod non timeat retia peccatorum, & unde illi securitas, ut talem à se amorem excutiat; quia Iesus eminet super retia; ad illa conculcanda; ac comminuenda; ita ut hymnalis, ac frigida peccatorum tempestas jam præterit, ac dissoluta est. D. Ambrosius. lib. de Isaac cap. 4. ait: Fere ergo retia timere non debet, cum is vocat ad se animam, qui tenamens; & rebus mundi non potest capi; nam cum nos homines ambuemus in medio laqueorum per appetentiam esca, rebus simul; & laqueis obnoxii sumus. Ille in corpore positus retia non timebat, sed eminebat super retia, id est super tenamenta mundi, & corporis passiones, imò & alios eminare faciebat.

QUÆSTIO XX.

Quare D. Stephanus ait in presenti, quod Moyses præ timore Pharaonis fugerit cum Apostolus dicat ipsum veritum non fuisse Regis presentiam.

164. Nunc ait D. Stephanus, quod publicata, & manifestata morte Aegyptii à Moysen facta, timens Pharaonem fugerit ipse, sicut etiam habetur, Exod. 3. n. 15. Hoc videtur repugnare cum Apostolo Hebræo. 11. n. 27. Ubi ait: de Moysen, fide reliquit Aegyptum, non est veritus animositatem Regis. Timere, & non timere contradictoria sunt, quomodo ergo hæc possunt coherere?

165. Responder D. Thomas ad citatum Hebræorum locum, & ait: Dicendum quod in timore duo sunt consideranda; & unum est vituperabile, si propter timorem, aut fiat, quod non est faciendum, aut randa in illud quod faciendum non fiat, sic non timuit Moyses, qui propter timorem non omisit juvare fratres suos; alterum est laudabile, si quis salva fide refugiat periculum instans; sicut Dominus præcepit discipulis suis, Matth. 10. Matth. 10. 23. Cum persequentur vos in Civitate ista, fugite in aliam: Si quis autem salva honestate sua possit vitare periculum, & non vitaret, stultus esset, & temeret Deum.

166. Tamen, Lyranus, Abulensis, Pererius aliter explicant locum Apostoli: Fide reliquit Aegyptum non veritum

P. 3. animos.